



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam  
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna  
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

**Vastovius, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.**

Gothebaldus Episcopus. C.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38534**

GOTEBALDVS  
EPISCOPVS FLORVIT  
ANNO CHRISTI 1000.

SILVESTRO II. Pontifice.

OTTONE III. Imperatore.

ERICO Victore R.

Gotebaldus  
Zelo fidei vltro  
Suedu & Nor-  
uegia Christiū  
annunciat.



GOTEBALDVS Episcopus Anglus natione cum  
audiret Aquilonaria Regna aulcultare Euange-  
lio Christi, protinus ad prædicandum aduoluit,  
Sconiamq; Suediã, Norvvegiam Euangelij luce  
collustrauit Anno salutis Millesimo. Quæ res & si Legationi  
Bremensis Ecclesię præiudicium intulisse videretur, quod sci-  
licet aliundè veniens euangelizaret; quia tamen nouella fuit  
Prouincia, & multis rarius consita indigebat cultoribus, me-  
ritò cum Apostolo dicendum videbatur: *Sunt qui per contentio-  
nem Euangelizant. Quid enim interest, siue per occasionem, siue per veritatem  
dummodo Christus annuncietur?*

Fuisse vero Gotebaldum virum sanctitate præcipuum,  
vel inde coniectare licet, quod nemo tum nisi quem deuotio  
singularis & martyrij cupiditas pellexisset, disseminandæ fi-  
dei se offerret labori.

*De eo Adam. Brem. lib. 2. cap. 29. Cæs. Bar. Tom. 20.*

FOL-